





DISSERTATIO JURIDICA  
DE EO QUOD JUSTUM EST  
CIRCA

DEPRECAATIONEM  
PUBLICAM ECCLE-  
SIASTICAM

VULGO

Wunder Kirchen-Buße

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO PRINCIPE JUVENTVTIS  
AC DOMINO

DN. GVILIELMO HENRICO

DVCE SAXONIE, JULIE, CLIVIE, MONTIVM, AN-  
GARIE, WESTPHALLEQVE, &c.  
DVCATVS ISENACENSIS HEREDE,  
P R Æ S I D E

CHRISTIANO Wildvogel / Jcto

SERENISS. DUCIS SAXO-ISENACENSIS  
CONSILIARIO STATUS INTIMO

CURIE PROVINCIALIS ET SCABINATUS NEC NON  
FACULTATIS JURIDICÆ ASSESSORE,  
JURIS PUBLICI, ET FEUDALIS, ITEMQUE CODICIS  
AC NOVELLARUM PROFESSORE ORDINARIO.

*Dn. Patrono suo omni honoris & obsequii cultu devenerando*  
PVBLICÆ ERVDITORVM DISQVISITIONI EXHIBET  
AUTOR ET RESPONDENS

JOHANNES JACOBUS PERTSCHIIUS

WONSIDELIENSIS

d. XIV. Octobr. A. O. R. MDCCII.

Litteris MÜLLERIANIS.



DISSERTATIO JURIDICA  
 DE IUSTITIA  
 DE REFORMATIONE  
 PUBLICAE ECCLESIAE  
 SASSONICAE  
 AUCTOR  
 MAGISTER  
 DOCTOR MAGNIFICENTISSIMO  
 AC DOMINO  
 D. GUILIELMO HENRICO  
 DIRECTORI UNIVERSITATIS  
 CHRISTIANO WERTHOLOFFI  
 SENIORI  
 CONSULTARIO SASSONICO  
 CHRISTOPHORO  
 HENRICO  
 AC NOTARIO  
 JOHANNES JACOBUS FRIEDRICH  
 AUCTOR  
 AETATIS  
 ANNO  
 MDCCLXII

ten  
 eff  
 res.  
 & c  
 pro  
 diu  
 cat  
 cu  
 ma  
 mo  
 jur  
 inc







*P. oæmium.*



Vod laudabiliter in more positum  
 habent, qui divinò auxilio pro-  
 noque parentum subsidio pari-  
 ter atque consilio, studiorum su-  
 orum exoptatos profectus nacti  
 sunt, ut academicis Musis vale-  
 dicturi specimine quodam pu-  
 blicò rationem quasi transacti

temporis suis reddant Evergetis, id quoque mearum  
 esse partium duxi, ac proinde patrios repetiturus la-  
 res, periculum, quid valeant ingenii vires, facere,  
 & de dissertatione quâdam academicâ pro modulo  
 profectuum elaboranda cogitare constitui. Cumque  
 diu multumque animo penderem, quodnam præ-  
 ceteris thema eligerem, ne cum inutili temporis ja-  
 cturâ inani laboris molestiâ defatigârer, memor quam  
 maxime ejus quod in primis Legum cunabulis seriò  
 monet Imperator, sc. non fabulis antiquis obsoletisque  
 juribus, sed ei, quod in ipsis rerum obtinet argumentis,  
 incumbendum esse, §. 3. *proæm. Inst.* Ecce ! hac quo-  
 que

A 2



que in parte consiliatrices manus hesitanti mihi porrigit pio amore & jugi obsequio devenerandus Dn. Pater, atque ut de Eo, *quod iustum est circa Deprecationem publicam Ecclesiasticam* meditationes quasdam conciperem, dux & auctor existit. Licet autem haudquaquam me fugiat, prater Interpretes juris canonici, nec non commentationes ac juris ecclesiastici doctorum systemata, integros hac de re tractatus proferre publicè; non tamen ea propter à proposito me deterreri passus sum. Cùm enim nihil dicatur vel scribatur, quod non sit dictum vel scriptum prius, in materia præcipuè quotidiana & quæ usu fori frequentatur, uti vel ipsa principia juris demonstrant, quippe quæ per tot Institutionum & Digestorum exercitationes, positiones, disputationes varie repetita videmus: ecquis, quæso, mihi opprobrio verteret, si monita honoratissimi Domini Parentis secutus, Patriæque charissimæ qualiquali studio, juxta *S. f. Proem. Inst.* ostensurus, an satis eruditum me habeat, cui partes suas aliquando credat, in themate occupatus fuero, cujus cognitionem, cum Ordinationes patriæ deficient, multa, utinam non tam frequentia! exposcunt argumenta & exempla? Sit igitur



OS (S) SO

# CAPUT I.

De

## Definitione nominali & reali, ut & divisione Deprecationis publicae.

Th. I.



Methodum in pertractandis thematicibus simplicibus receptam secuturi, de explicacione nominis ante omnia videbimus. Deprecationis verò nomen compositum esse ex praepositione De & verbo precor, vox ipsa ostendit. Publica autem dicitur quasi po-

publica. vid. Spiegel. Lexic. jur. ideo quod coram populo in Ecclesia sit peragenda. Dicitur autem Ecclesiastica, ad discernendam deprecationem publicam, quae moribus nostris in actione injuriarum obtinet, wenn der geforderte Wiederruff in eine öffentliche Abbitte mutiret wird. vid. Ill. Dn. Baro de Lyncker. Analect. ad Inst. l. 4. t. 16. §. 2. & ad ff. p. m. 472.

Th. II.

Dicitur alias synonymicè *paenitentia publica*; quod nominis Erasmus Roterodamus, 2. Cor. 7. deducit à *ponere* & *tenere*, quasi priori consilio repudiato tenere posterius. Alii quasi *paenam tenentium* dictam putant. Gell. l. VI. N. A. c. 1. illud à *penè* & *penu-*

A 3

ria





ria derivat. Sed nobis hæc omnia allusiones potius vocabuli putantur & ipsa vox simplex esse, à verbo *pœnitet*, videtur. Vocatur aliàs *Satisfactio canonica: Spiritualis reconciliatio ecclesie offense: Proclamatio publica hominis lapsi: Pœnitentia humillima. c. 22. de pœnit. dist. 3. Pœna publica; Castigatio publica & ecclesiastica, &c. Germ. Kirchenbuß / öffentliche deprecatio und Abbittung; öffentliche Versöhnung mit der Kirchen: öffentliche Wiederaufnehmung der Gefallenen. Carpz. lib. 3. Consist. tit. 7. d. 82. n. 7.*

Th. III.

Homonymiam quod attinet, pœnitentia aliter accipitur à Philosophis, quando de ea tractant in *Ethicis* sub doctrina affectuum & de principiis actionum humanarum; *Physicus* verò eandem considerat ut actum animæ. Aliter à *Theologis*, qui eam considerant tanquam conversionem peccatoris ad Deum. Aliter à *Juris*, qui pœnitentiam contrariæ voluntatis actum esse dicunt, quò antea gesta retractantur. vid. *l. 32. §. 3. de donat. int. Vir. & ux.* Aliter denique à *Canonistis*, qui modo in sensu Theologico, pro contritione cordis eam assumunt, *c. ecce nunc. de pœnit. dist. 1.* modò pro sacramento novæ legis. *c. 49. de pœnit. dist. 1. Lancellot. lib. 2. Inst. jur. Can. tit. 5. §. 1.* quod meritò reprehendit Ziegler. *ad Lancellot. lib. 2. tit. 2. §. 2. & lib. 2. tit. 5. §. 1.* Alias apud Pontifices Pœnitentia quoque denotat satisfactionem operis, *c. 86. dist. 1. de pœnit. c. 4. X. de Cler. excom. tot. tit. X. de pœnit. & remiss.* cui in nostris Eccl-



§ (7) §

clesis similis est censura Ecclesiastica. conf. Heincr. Linck. ad Decretal. L. 5. t. 38. §. 2.

Th. IV.

Hoc in sensu legali accepta Pœnitentia distingui solet in publicam & privatam. Et hæc iterum in solemnem & minus solemnem. Minus solennis dicitur, quæ publicè quidem, sed citra ullam juris solennitatem peragenda injungitur, Vallens. in Parat. jur. Can. tit. d. pœnit. & remiss. §. 4. Solennis vero, quæ quondam ab Episcopo solis laicis ætatis perfectæ ob gravissima crimina publica in capite jejunii, seu quadragesimæ peragenda imponebatur, servatis certis solennitatibus, quas descriptas legere licet in can. pœnitentes. 63. & seq. dist. 50. Conf. Lancell. Inst. jur. can. L. 2. tit. 5. §. 3. ibique Ziegler. Linck. ad Decret. tit. d. pœnit. §. 8. Locoque hujus in ecclesiis protestantium recepta est Deprecatio publica, quæ describi potest, quod sit censura ecclesiastica, quâ peccator, qui graviori scandalò Deum & ecclesiam offendit, coram facie ecclesiæ, ex decreto magistratus ecclesiastici, illud publicè deprecatur, melioremque vitam promittens ecclesiæ reconciliatur. Carpz. d. def. 82. n. 8. conf. Schilter. Inst. jur. Can. Lib. 2. t. 4. §. 1. Atque hæc sufficiant pro instituti ratione de tractatione generali deprecationis ecclesiasticæ. Progrediamur nunc ad specialem causarum, effectuum, & contrariorum expositionem.

CAP.



## CAPUT II.

De

*Causa Efficiente Deprecationis publica.*

Th. I.



Ad hoc caput quidem solum spectare videtur causa efficiens propinqua, nimirum Magistratus, qui poenitentiam Ecclesiasticam imponere possunt. Sed & de remota, h. e. de Origine & Constitutionibus, quæ disponunt de publica deprecatione, non nihil hic dicendum erit. Est vero origo illius antiquissima ex prima ecclesia catholica descendens: in sacris namque canonibus certæ solennitates fuerunt præscriptæ & presbyter quoque poenitentiarius constitutus; quod tamen postea iterum abrogatò, reducta est res ad priorem modum, vid. Dn. Knorr. *Tr. de poenit. Eccl. c. 2. n. 1. seqq.* Ad constitutiones, quæ de publica deprecatione disponunt, præter jus Canonicum referimus etiam Ordinationes ecclesiasticas nostrorum Principum ac Statuum Imperii, quibus Jus sacrorum competit, sive ipsi quid statuerint, sive statuta alibi recepta approbaverint; sicuti ex indultu Serenissimi Marchionis Brandenburgici Baruthinæ linea Gallis exulibus reformatæ religionis permittitur, juxta Gallicanam suam Ordina-



dinationem cultum religionis exercere. De rationibus, quibus à Theologis pariter ac aliis defenditur & approbatur ista deprecatio, vid. Carpz. *Lib. 3. Consist. def. 82.*

Th. II.

Causa itaque efficiens principalis est is, qui jus circa sacra habet: minus principalis seu intermedia sunt Magistratus ecclesiastici, qui istam poenitentiam decernunt. In veteri testamento ipsum Deum hanc exercuisse potestatem, ostendit Dn. Knorr. *d. tr. C. 3 n. 2. seqq.* Quid in Republ. Romana obtinuerit? *Ibid. n. 6. seqq.* videre est. Quamvis vero Pontifices Romani hodie potestatem circa sacra de facto sibi arrogatam exerceant, atque Principes pontificia religioni addicti romani Praefulis jurisdictionem hac in parte agnoscant, vid. Lancellot. *Inst. jur. Can. l. 1. t. 11. §. 5.* In imperio tamen nostro Romano-Germanico Status Imperii protestantes seu Augustanae Confessionis addicti vi transactionis Passaviensis superioritate sacra gaudent, nec Pontificis potestatem reverentur. vid. *R. U. de anno 1555. §. Nachdem aber. 7. Instrum. pac. art. 5. n. 11. §. art. 8. §. tam universalibus.*

Th. III.

Exercere autem solent Principes ac Status Imp. jura sua episcopalia per Consistoria, uti vocantur, seu judicia ecclesiastica. vid. Myler. *de Princ. & Stat. Imp. p. 2. c. 88. §. 1.* Cum verò quatuor juris Episcopalis partes vulgò recensentur, ordo nim. lex dioecesis, jurisdictionis, & status seu dignitas. Dn. de Lyncker. *Analect. ad Dessel. l. 1. tit. 33. §. ad Struv. jus feud. c. 6.*

B

apb.





*apb. 19.* (ubi etiam monet, quod jus Episcopale & jus  
sacrorum non aequè latè pateant.) Ideo sciendum,  
quod injunctio pœnitentiæ ecclesiasticæ in specie ex  
jurisdictione ecclesiastica fluat, quippe ad quæ  
pertinent emendæ, satisfactiones, & pœnæ ecclesia-  
stica, vid. *Carpz. lib. 1. Consist. def. 4.* Atque hinc Pœ-  
nitentiæ ecclesiasticæ sine præcitu & consensu Consi-  
storii, iis in locis, ubi illa introducta non est, injungi  
haudquaquam potest. *Carpz. Lib. 3. Consist. def. 84.*

Th. IV.

Neque tamen proprium quarti modi est superioritatis territorialis, decernere deprecationem publicam; sed & aliis superioritate ista destitutis jus statuendi ejusmodi censuram competit. Sicuti enim in primitiva ecclesia christiana Apostoli jus supremum habuere neutiquam, & tamen exercitiæ jurisdictionis ecclesiasticæ sibi attribuerunt, vid. *I. Corinth. V. vers. 5. & II. Corinth. II. vers. 6.* Ita non solum *Nobiles Imperii immediati* licet superioritate territoriali non gaudeant, jus tamen sacrorum habent, *R. U. de anno 1555. §. 26. Instrum. Pac. Osnabr. art. 5. §. 10. Nolden. de Stat. nobil. 6. 16. 17. 154.* adeoque delinquentibus decernere possunt pœnitentiæ ecclesiasticam. Sed etiam vigore *Instrum. Pac. art. 5. §. 12.* nonnunquam ipsis *Statibus provincialibus* facultas cognoscendi de causis ecclesiasticis, & sic quoque censuram ecclesiasticam imponendi competit, illis scil. qui anno 1624. liberum exercitium religionis Augustanæ Confessionis inà cum annexis habuere. Sic & *civitates municipales* nonnunquam longæva consuetudine vel  
præ-



§ ( 1 ) §

prescriptione immemoriali possident jura quadam particularia episcopalia. Struv. *Synt. Jur. feud. c. 6. apb. 17. n. 7.* conf. Mey. *2. decis. 305.* Coellmann. *V. 4. Resp. 33.* Imò *Judeis* etiam, quibus vigore superioritatis Status Imp. vel immediati Nobiles ex privilegio in terris suis concessere liberum religionis suae exercitium, quoddam quasi regimen in Synedris suis non denegatur, ac proinde hi ex concessa ejusmodi potestate, iis qui peccaverunt, peculiarem poenitentiam imponunt. Buxtorff. *Tr. de Synagog. judae. cap. 47.*

Th. V.

Sed nunc etiam remotivè de causa efficiente, seu de iis, quibus non competit jus imponendi deprecationem publicam, agendum est. Ubi ponimus regulam: Qui non habet jus circa sacra vel jurisdictionem ecclesiasticam, is imponere haud valet poenitentiam ecclesiasticam. Proinde potestatem illam denegamus Superintendenti vel Inspectori absque praesentitu consistorii. Carpz. *1. 3. consst. def. 85.* quippe quod ille non habeat jurisdictionem, Carpz. *d. 1. 3. def. 4. n. 12. § 20.* multoque minus inferiori Pastori illud licebit, vid. omnino Dn. Knorr. *d. tr. c. 3. n. 34. seqq.* Patronus praeterea ecclesiae, cui nulla competit jurisdicção, c. 2. *X. de jur. patron.* nec ipse delinquentibus imponere potest deprecationem; neque Pastori suo mandare, ut eandem imponat.

Th. VI.

Quid si verò inter quosdam sit controversia circa jura ecclesiastica, & interea contingat, ut peccatori deprecatio publica sit imponenda? Resp. Ab





eo decernenda est, qui in possessione est constitutus, *arg. l. 2. c. de probat.* quia nemo possessione sua sine causa cognitione privari debet. *Struv. Exerc. 42. tb. 23.* Quid autem, si neuter sit in possessione? Tum neutri concedenda est illa potestas; sed distinguendum: aut enim causa, ob quam imponenda deprecatio, moram patitur; & suspendenda est iurisdictionem, vid. *Mev. p. 3. dec. 114.* aut non fert moram, tum vero iudex superior interim exercet iurisdictionem, *Mev. p. 4. dec. 160.* adeoque & impositio deprecationis eidem competere videtur. Sed hæc quidem de causa efficiente sufficiant.

### CAPUT III.

De

#### *Subjecto, seu personis, quibus deprecatio publica injungenda.*

Th. I.

**D**E subjecto deprecationis publicæ hic itidem nobis agendum est, tum *positivè*, seu quibus personis imponi ea possit; tum *remotivè*, seu quæ personæ immunes sint ab eadem. Illas quod concernit, in genere huc referuntur *pœnitentes*, quibus secularis quædam pœna imposita est, & qui fuerunt excommunicati, h. e. qui ob grave quoddam peccatum & scandalum datum à cœtu Christianorum & usu sacramentorum exclusi, peccatum desistentes atque veram pœnitentiam agentes in sinum & communionem



3.  
nem ecclesie recipi, atque ad usum sacre coenae ad-  
mitti, cupiunt. vid. Churfürsil. Kirchen-Ordn. im Her-  
zogthum Magdebr. Cap. 22. §. 7. Add. Dn. Knorr. *tr.*  
*de poenit. Eccl. c. 4. n. 1. seqq.*

Th. II.

Quandoquidem verò in judiciis tam secularibus  
quam ecclesiasticis nullus esse debet. personarum re-  
spectus, *l. 2. C. de dignit. & in specie quoad poeniten-*  
*tiam hanc cit. Ord. eccl. Magdeb. d. c. 22. §. 11. omnem-*  
profopoliisiam prohibet, his verbis: Es soll aber mit  
der Anordnung der Kirchen-Buß bey allen dahin gehö-  
rigen Fällen durchgehende Gleichheit gehalten / und  
ohne Unterscheid und Ansehen der Personen / sie sind  
reich oder arm / hohes oder niedriges Standes / solche  
erkand und angeordnet werden. Ideò sine discrimine  
sexus, *masculis* aequè ac *feminis*; & ratione dignita-  
tis *Nobilibus* pariter ac *Ignobilibus* censura ista di-  
ctanda erit. vid. Balduin. *de casib. consc. l. 2. c. 12. cas. 3.*  
Carpz. *Lib. 3. Consist. tit. 7. def. 93.* ubi tamen *n. 12.* in  
illis dispensationem admittit. Pro gravitate tamen  
delicti & scandali Princeps in ejusmodi remissioni-  
bus cautius agat, ne spe impunitatis fenestra malitiae  
aperiatur. *arg. l. 14. C. de poen.* Exempla Imperato-  
rum taliter poenitentium refert Dn. Knorr. *tr. de poenit.*  
*Eccl. c. 4. n. 18. 20.*

Th. III.

In Clericis delinquentibus quid olim obrinnerit  
quoad poenitentiam Ecclesiasticam, exponit Dn. Knorr.  
*d. l. n. 25. seqq.* Hodie iisdem graviter peccantibus  
eandem decerni in Consistoriis, experientia testatur.  
Idque non sine ratione: quia Ecclesiae Ministris

B 3

di-



diligentius a peccatis cavendum, & sanctitati & honestati vitæ studendum, ut non solum voce & doctrinæ puritate, sed etiam exemplo & vitæ integritate præluceant suis ovibus. vid. Ord. eccl. Elect. Sax. §. 16. *Add. c. ult. in fin. X. de vit. & honest. cler.* His tamen casibus, nisi enormissimum commissum fuerit delictum, circa ritus aliâs observandos mitius ex dispensatione quadam cum clericis procedi posse, ne parochianis res nimis scandalosa videatur, monet Knorr. *d. c. 4. n. 33.* Præsertim si clerici aliâs vitam piam ac minus culpabilem egerint, atque ex imbecillitate humana, insidiis Satanae lapsi fuerint, uti ex Dede. kenn. *vol. 1. m. 3. s. 1. n. 11. tit. vom heiligen Predig. Ampt. pag. 636.* à Facultate Theolog. Jenensi responsum refert *ibid.* Ubi *n. 34.* actum deprecationi similem annexit, quando scilicet minister ecclesiæ, qui limites officii clericali excesserat & populum seditiosis concionibus contra Magistratum excitaverat, adactus fuit, ut excessum publice agnosceret, mentemque suam, prævia adhortatione de præstandâ Magistratui obedientia, pro concione declararet.

Th. IV.

Juveni olim non facile imponi potuisse deprecationem publicam, ob ætatis fragilitatem, h. e. propter recidivæ periculum, ex concil. Agathens. *can. 15.* Aurelianens. *III. c. 24.* constat. Quamvis hodiè prodeliictorum circumstantiis & doli capacitate, si ad annos discretionis venerint & aliâs ad sacram synaxin admisi fuerint, etiam juvenibus imponi possit pœnitentia ecclesiastica; Id quod secus est in pueris



CS (15) 30

ris atque infantibus. vid. König. *Theol. conf. c. 6. cas. 6. p. 477.* Dedekenn. *vol. 1. tit. vom heiligen Nachtmahl. sect. 6. n. 1. p. 602.* Neque in conjugatis hodie diversitas illa aetatis attenditur, quam legimus in concilio Arelat. *II. c. 22. concilio Aurel. III. c. 24.*

Th. V.

De moribundo, qui ad momentum usque mortis in gravioribus peccatis perfluit, dubitarunt veteres, an ad poenitentiam ecclesiasticam admitti debeat? Qua de re M. Anton. de Domin. *de Resp. Eccl. lib. 5. c. 7. n. 88.* hoc svadet temperamentum, ut anticipata moribundo detur reconciliatio per sacramentum eucharistiae communionem, sub hac tamen obligatione, ut si reconvalescit, inter poenitentes maneat, donec in unctam sibi externam poenitentiam absolverit. *Conf. c. 13. c. 26. qv. 6. Hildebrand. tr. de veter. Eccl. art. bene moriendi. cap. 41. §. 8. add. Concil. Nicen. can. 13. Concil. Laodic. can. 2. Concil. Toletan. XI. c. 12.* Similem fere in modum praecipit die Churfürstl. Brandenbr. Kirchen-Ordn. im H. Magdebr. his verbis: *Begebe sichs aber / daß er vor seiner Wiederkehrung und gethaner Kirchen-Busse in tödl. Krankheiten geriethe / so soll der Prediger / auch ungefordert / zu ihm gehen / und sich angelegen seyn lassen / solchen sündigen Menschen durch Gottes Gnade zur Buß zu bringen / und so er Besserung zusaget / und zur Bekehrung sich erkläret / ihm ohne Verzug die absolution sprechen / und das heilige Abendmahl reichen / jedoch daß derselbe auch zufrieden sey und bewilliget / daß nicht allein solche Busse der Kirchen möge angezeigt werden / sondern auch*

&  
do-  
gri-  
ect.  
His  
ue-  
ex  
e,  
net  
am  
ate  
de.  
pt.  
re-  
ne-  
icii  
ici-  
ad-  
en-  
Ma-  
re-  
ro-  
s.  
pro  
ad  
na-  
sit  
ae-  
ris



auch öffentliche Abbitte seinetwegen von der Cangelge-  
schehe / daß er nach erlangter Gesundheit dieses Per-  
sönlich in der Kirchen verrichten wolle. conf. Ord. Eccl.  
Elect. Sax. art. gener. §. 11. Ord. Eccles. Vinar. cap. 27. §.  
3. & 4.

Th. VI.

Quid vero statuendum sit de personis *diverse*  
*religionis*, an & ipsis dictari possit *pœnitentia* eccle-  
siastica in nostra ecclesia peragenda, si membra ejus-  
dem insigni scandalo offenderint? quæritur. Dicen-  
dum videtur quod sic. Nec enim videmus rationem,  
cur ejusmodi extranei melioris conditionis  
esse deberent, quam domestici fidei, dum illi pariter,  
imò adhuc magis ac hi, ecclesiam offenderunt. In-  
terim diversa hoc in casu est deprecatio publ., quæ  
præstatur offensæ ecclesiæ, à reassumptione & receptio-  
ne in gremium ecclesiæ, quæ fit per admissionem ad  
confessionem & ad S. cœnam. Ad illam tenentur  
tum qui extra castra evangelicorum versantur, tum  
qui illis insunt; Hoc ultimum verò ab iis tantum  
requiritur, qui nostræ addicti sunt religioni, quando  
facta deprecatione, tanquam mortua membra, ac  
antea rescissa, denuo reviviscunt, & Christo incorpo-  
rantur. Præterea neminem latet, quid moris apud Ca-  
tholicos receptum, cum nostrates evangelici, pro ra-  
tione circumstantiarum delicti, ibidem quoque in  
templo usque ad finem missarum candelam ceream  
in manibus gestare, atque sic pœnitentiam, ut vocant,  
publicam agere compellantur. Hoc igitur cum fiat,  
vicissim Evangelici, jure retorsionis, deprecationem  
pu-





publicam catholicis imponere possunt; aequitati enim  
convenit, ut quod quisque juris in alium statuit,  
eodem & ipse utatur. *l. i. § t. t. ff. quod quisque jur.*  
*in al.* Cujus asserti iustitia etiam fundatur in iure  
divino. *Matth. 7. vers. 12. Luc. 6. vers. 31.*

Th, VIII.

Ad subjectum negativum, cui scil. non impo-  
nenda sit deprecatio publ. referimus *furiosum*; quia is  
non habet delinquendi propositum. *c. aliquos. 5. caus. 15.*  
*qu. conf. l. 40. ff. de R. I. neq; ex delicto obligatur.* Carpz.  
*qu. cr. 145. n. 10. seqq. l. 12. ff. ad L. Corn. de sic.* Nisi  
tempore delicti commissi & poenitentiae peragenda  
dilucida habeat intervalla, *arg. l. 10. §. 4. qui testam.*  
*fac. poss.* Porro sicuti *per vim stuprata* nullam mere-  
tur poenam, *l. 13. §. 17. ff. ad L. Iul. de adult. l. 20. vers. quin*  
*etiam. C. eodem.* Ita etiam deprecatione ecclesiastica  
neutiquam est gravanda. Carpz. *lib. 3. Consist. tit. 7.*  
*def. 99.* Quemadmodum etiam *inquisitus* pendente  
processu super delicto, ad usum S. coenae absque de-  
precatione publica admitti debet. *Struv. de delict. c.*  
*35. obs. 6.* Balduinus *de cas. consc.* Interim si tam ur-  
gentia fuerint indicia, ex quibus vulgò pro nocen-  
te haberi possit *inquisitus*, ministrum ecclesiae post  
concionem auditores admonere posse, ne sinistra opi-  
nionem vel scandalum pendente processu concipi-  
ant, svadet Carpz. *lib. 2. tit. 18. def. eccl. 287.*

C

CAP.



CAPUT IV.

De

*Obiecto, seu delictis, ob quæ  
imponenda publica deprecatio.*

Th. I.



um per *crimina* seu delicta non solum lædatur Respubl. sed etiam ecclesia offendatur & scandalo afficiatur, haud sane est iniquum, ut præter pœnam secularem, etiam deprecatione, & sic duplici fine diversimodè utræque satisfiat. *Mev. 6. Dec. 357. Gail. l. 2. d. par. publ. c. 11. n. 26.* Id quod & juri divino congruit, *Levit. XIX. vers. 20. seqq.* conf. *Arnold. Reyger. Thes. pract. voc. pœnitentia.*

Th. II.

In veteri ecclesia non ob quævis peccata, sed ob certa quædam in canonibus designata, quæ ab aliis *Peccata Canonica* appellantur, injungebatur hæc pœnitentia; quorum singula recenset *Regino de disciplina eccl. vet. Germ. lib. 1. c. 299. & lib. 2. c. 6. seqq.* Hodie distingvi solet inter delicta capitalia, & non capitalia; ibi, si pœna capitalis executioni detur, non opus est, ut reus ante mortem in ecclesia publicè deprecetur; nam sanguine suo satisfacit populo. Sæpe numero tamen delinquentes ante executionem è suggestu preces pro se peragi & cum offensa ecclesiæ expiari efflagitant; quin & ipsi in loco supplicii haud raro



§ (19) §

rard publicam deprecationem cum adhortatione de vitandis delictis ad populum deponunt. Dedeken. *conf. Theol. vol. 1. sect. 3. n. 24.* Secus est, ubi poena extraordinaria seu arbitraria dicitur, qua deprecationi ecclesiastica non praedicit. Leupold. *de concurrent. jurisdict. Imp. Germ. qu. ult. Churfürstl. Brandenb. R. D. im H. M. cap. 22. §. 8.*

Th. III.

Inter crimina, qua poenitentiam ecclesiasticam merentur, primum locum habet *Apostasia* seu crimen defectionis a fide Christiana. Vid. omnino Dn. Knorr. *de poenitent. Eccl. cap. 5. n. 16. seqq. Churfürstl. Brandenb. R. D. im H. M. c. 22. §. 7.* Equidem Lutheranus ad castra Pontificiorum transiens politicè non potest haberi pro Apostata, ob pacificationem religiosam & Instrum. pac. Osnabrug. Quia tamen in foro poli & conscientia pro Apostata habendus est, vid. Struy. *de jure sacror.* quo casu scandalum ecclesiae datum: ideo redeunt ad ecclesiam poenitentia ecclesiastica, ut in remissiori gradu, ne alii a rescipiscentia deterreantur, imponi potest. Eadem ferè est ratio *Hereseos*. vid. Dn. Knorr. *d. l. n. 29. seq.*

Th. IV.

Nec minus contra primam decologi tabulam graviter impingit, atque hinc deprecatione ecclesiastica coerceri debet crimen *Blasphemiae*, quod tam ad iudicem secularem, quam ad ecclesiasticum pertinet. *Churf. Sächs. R. D. Tit. vom Ober. Consistl. rubr. was Sachen vor dieses Consistorium gehörig. Churfürstl. Brandenb. R. D. im H. M. c. 22. §. 7. It. fortilgium*, si quis

C 2

v. g.



v. g. *Spiritum familiarem* habeat; vel utatur mediis superstitiosis, qui daemone auctorem habent: nec non si quis utatur *falsam andragora* Uleum, vel si magi consulantur, *Churfürst. Brandenb. R. D. im H. M. c. 22. c. 7. Fürstl. Brunschw. R. D. c. 9. §. 3.* quamvis etiam in bonum finem hoc aliquis fecerit. *Vid. C. ex iurum. in f. x. de sortileg.* Idem obtinet, si quis *Necromanticos*, *Zingaros*, *Tartaros* consuluerit.

## Th. V.

Neque profus ab his alienum est crimen, quo quis alicui dedit poculum *abortionis*, ut partum nondum animatum abigat, *vid. const. crim. Car. V. art. 133. Carpz. pr. cr. p. 1. qu. 11. n. 2.* Ob *perjurium* quoque injungenda est deprecatio publica, *c. 12. in f. x. de iurjur. Churf. Br. R. D. im H. M. c. 22. §. 7.* Sic & ob contemptum sacre coenae, si qui vel sponte, vel sub comminatione poenae admoniti, vel à Magistratu coacti, respuerint, & ad f. caenam iterum accedant, non admittuntur ad usum *Synaxeos*, nisi poenitentiam publicam prius egerint. *Carpz. lib. 2. consst. tit. 18. def. 294. n. 3. & 11. Fürstl. Weym. R. D. P. 2. c. 28. §. 2.* Quo & pertinet profanatio *Sabbathi*. *Carpz. consst. T. 16. d. 252.* nec non turbatio sacrorum in templo facta. *vid. Carpz. lib. 3. Consst. t. 8. d. 54. 95. & 97.*

## Th. VI.

Ad alteram tabulam decalogi si transeamus, an ob *homicidium calposum*, veluti si parentes infantem in lecto oppresserint, deprecatio ecclesiastica locum habeat? *vid. Dn. Knorr d. c. 5. n. 54.* Sane propter *infantis expositionem*, item propter *opem & consilium* ad deli-



§ (21) §

delictum perpetrandum, eam decerni posse, Idem asse-  
 rit *d. l. n. 55. seq.* Propriis autem ob *delicta carnis*;  
 que non sunt capitalia, rectè imponitur pœnitentia  
 ecclesiastica. *J. S. Weym. R. D. cap. 28.* Ita ob stu-  
 prum commissum tam stupratori, *c. 2. x. de adul.*  
 quam stuprate illa injungenda est. *Mev. ad jus Lub.*  
*lib. 4. l. 5. art. 3. n. 5.* Huc etiam spectat *adulterium*,  
 quando sc. ordinaria pœna remittitur. *Churf. Br.*  
*R. D. im. J. M. d. §. 7. Add. c. si quis. 31. caus. qu. 1. Et mali-*  
*tiosa desertio, d. §. 7. Weym. R. D. p. 2. c. 28. n. 2.* Ne-  
 que immunitas ab hac censura habentur, qui *opem &*  
*consilium* ad adulterium vel stuprum præstiterunt. Por-  
 rò ob non *servatum sponsaliorum votum* scandalum pu-  
 blica deprecatione est expiandum, *Mev. p. 1. dec. 355.*  
 nec aliud statuendum de *spreto à liberis parentum*  
*consensu* in contractu sponsaliorum. *C. ad audientiam.*  
*inf. x. de spons. Carpz. lib. 2. consst. def. 50.*

Th. VII.

Ob *furtum* reo extraordinarie punito imponen-  
 da etiam est pœnitentia ecclesiastica. *Churf. Bran-*  
*denb. R. D. d. §. 7.* quo etiam referendi illi, qui pro-  
 pter manifestam *usurariam pravitatem* convicti, des  
 offentl. *Wuchers halber.* vid. *Mandat. Elect. Sax. Job.*  
*Georg. 1. d. 28. Apr. 1625. rubr. wegen des unchristlichen*  
*hochstraffbarn Lasters des Wuchers.* *Magdeb. R. D. d.*  
*§. 7.* à quâ pravitare parum differt *Dardanariatus* ver  
*Korn-Juden / Vorkäufer / Aufkäufer.* *C. ut mensura.*  
*2. x. de empr. vend.*

Th. VIII.

Neque hic silentiò involvendæ sunt *injurie pa-*  
*ren-*

CAC

C 3



rentibus, & iis, qui illorum nomine juxta quartum decalogi præceptum veniunt, *illata*, si isti extremè despiciantur, verberibus afficiantur, vel malè tractentur à liberis. vid. *Churf. Br. R. D. im H. M. saepe cit. §. 7.* Porro *atrocissima injuria ab ecclesia Ministro*, vel vice versa *confessionario illata* deprecatione publica expianda fuerunt, juxta consil. Theol. VVitteberg. ut testatur Dn. Knorr. *sup. cit. c. 5. n. 75. seq.* Eandem censuram merentur *ira irreconciliabiles*, *Magdeb. R. D. d. c. §. 7.* Tandem hic *nimiam Ebriositatem*, quando quis dies noctesque potui plus justo indulget, sicco pede præterire non possumus, atque ob ejusmodi scandalum deprecationem publicam exigi posse, putamus. vid. Dn. Knorr. *de pœnit. Eccl. c. 5. n. 80.*

## Th. IX.

Verùm cum omnia delicta hac censurâ ecclesiasticâ digna vix enumerari possint, pleraque prudenti judicis arbitrio sunt committenda, *arg. Ord. Eccl. Brandenb. ducatus Magdeb. d. c. 22. §. 7.* ibi : und dergleichen unchristliche und ärgerliche Leute. *Vid. passim. Canones pœnitentiales in decreto.* Mitius tamen quandoque agendum est cum sponsis, qui *ante benedictionem sacerdotalem concubuerunt.* vid. *Carpz. lib. 3. def. eccl. 88. conf. Churfürstl. Brandenb. R. D. im H. M. c. 22. §. 9. §. 10.* Et hæc de objecto.



OS ( 23 ) SO  
CAPVT. V.

De

Forma & Ritu deprecationis

ecclesiastica.

Th. I.

**F**orma seu ritus pœnitendi publicè, pro diversitate temporum diversimodè se habuit. Quoad mores hodiernos verò nostrarum Ecclesiarū in quovis loco consuetæ observandæ sunt ordinationes ecclesiastica. Quibusdam enim in locis deprecatio publica solum fit per ministrum ecclesiæ è suggestu, qui post concionem habitam, formulam deprecatoriam prælegit, populumque adhortatur, ne scandalum capiat. Carpz. lib. 3. *Consist. tit. 7. def. 83.* Alicubi Pastor in suggestu verba concepta prælegit, & inde descendens peccatorem coram altari in genua procumbentem interrogat, an peccata hæc coram Deo & in facie ecclesiæ ex animo confiteatur? An ex corde ipsum pœniteat? &c. Tum Pastor ipsi imponit manum & absolutionem impertit, adstantes monet, ut respicienti condonent, eumque pro recepto ecclesiæ membro habeant. Carpz. d. *def. 83.*

Th. II.

Hic verò præcipuè quaritur, num *pœnitentia ecclesiastica expresso an supresso nomine sit peragenda?* Ad quam quæstionem distinctè est respondendum. Aut enim



enim haftenus in ecclesia introductum est, ut illa fiat suppresso nomine : quo casu statim conuerti dicitur, a qua hanc recedendum est temere. *Mev. p. 7. dec. 293. conf. Balduin. de cas. cons. lib. 2. c. 12. cas. 3.* Aut vero manifesta extat sanctio de exprimendo nomine poenitentiam agentis; & hac merito observanda est: salvo tamen iudicis ecclesiastici superioris jure dispensandi, pro qualitate delicti, vel persona, grauiate item scandali, & aliarum circumstantiarum. Vid. *Churfürstl. Brandenburg. R. D. im H. M. c. 22. §. 22.*

Th. III.

Quod ad *Locum* attinet, ubi poenitentia ecclesiastica peragi debeat, olim in facie ecclesiae inter Missa solennia certa formula hac absolvebatur. Hodie delinquens in illa ecclesia parochiali peragere debet deprecationem publicam, cui ipse subest, & in qua per commissum delictum scandalum dedit. *Churfürstl. Br. R. D. im H. M. c. 22. §. 23.* Cujus vero ecclesiae quis censetur parochianus, vid. *c. 15. de sepult. in 6. Struv. Exerc. ff. iii. de iudic. th. 37.* Quamquam si delictum alibi commissum innotuerit in hac ecclesia, cuius membrum delinquens esse cupit, scandalum quod ex notitia talis delicti & quotidiano aspectu hominis delinquentis concipitur, & loci mutatio, eum poenitentiae eximere nequit, Ill. *Dn. Stryck. in not. ad Brunnem. J. E. L. 2. cap. 19. §. 27.* Sicut enim noxa caput sequitur, ita scandalum delinquentem. Hoc interim negari non potest, poenitentiam & deprecationem in uno loco praestitam, se postea ad quaecunque loca extendere, *Carpz. l. 3. def. 92. n. 10.* quamquam & hoc casu



§ (2) §

casu sit consultum, ut, si scandalum in alio loco me-  
tuatur, publicè significetur ab ecclesiæ Ministro, pœ-  
nitentiam ab ipso delinquente jam actam esse, uti  
provisum in Ord. Eccles. Duc. Magdeb. c. 22. §. 24. conf.  
Ill. Dn. Stryck. d. l.

### CAPUT VI.

De

## *Fine & Effectu.*

Th. I.



Um. ea demum vera sit pœnitentia, si  
peccator antea commissa amplius non  
peragat. Chrysof. *Homil. 34. in Evang.*  
*Job.* Finis utique pœnitentiæ publicæ in  
eo consistit, partim ut manifesta fiat pec-  
catoris conversio, partim ut ecclesiæ  
scandalo offensæ satisfiat, partim etiam ut vitia pau-  
latim extirpentur, & homines ad virtutem accen-  
dantur. In quo differt ratio inquisitionis seu coerci-  
tionis politicæ. vid. Brunnem. *J. Eccl. C. VI. m. 9.*

§. 3.

Th. II.

Nimirum cum quodlibet institutum assumetur  
ex fine, pœnitentia sane ecclesiastica maximè utilis  
& necessaria habetur. conf. Concil. Trid. *sess. 14. c. 1.*  
*seqq.* Neque de seria interna cordis pœnitentia satis  
constare potest, nisi externa adsint signa. vid. Augu-  
stin.

D

fin.





fin. in *Enchirid. ad Laurent. c. 57.* Ziegler. *Superint. c. 19. §. 8.* Quoad ecclesiam igitur offensam, non sufficit, delinquentes cum privato conciliari, arg *c. 1. X. de pœnit. & remiss.* sed insuper ecclesia publica deprecatione placari debet. vid. *Const. Eccles. Coburg. cap. 26.*

## IV Th. III.

Sic & ad deterrendum à simili crimine facit deprecatio ecclesiastica. Licet enim respectu peccatoris, conciliatio sit actio seu virtus; respectu tamen solennium & ignominiosorum rituum circa eandem observandorum est passio, & improprie ac per accidens censetur esse poena. *Mev. p. 6. Decis. 357. n. 2. conf. c. 1. pr. de sent. excom. in 6.* Cæterum deprecatio ecclesiastica non est de necessitate absoluta, quasi pars sit conversionis, sed de necessitate hypothetica, quatenus in nostris Ecclesiis usu est recepta vel retenta.

## Th. IV.

Quid si verò peccator extremè contumax persistat, & spretis omnibus admonitionibus à Ministerio ecclesiastico vel Consistorio factis, cum offensa parte conciliari vel pœnitentiam publicè agere nolit? Resp. Omnia decenti moderatione & adhibitis gradibus pro animarum salute tentanda sunt. *conf. c. 8. cans. 2. q. 4.* Adeoque refractarii sedulò admonendi sunt, ut publicè pœnitentiam agant. *Struv. comment. de delict. c. 34. O. 1. Vid. c. 5. de pœnit. & remiss.* Videlicet fieri solet denunciatio è suggestu & ecclesia admoneri, quò pro hisce contumacibus oret, ut veram



veram poenitentiam ager, & tandem, si Jaqueis Sa-  
tana distenti, impoententes contumaciter perleve-  
rent, ad amovendum scandalum emigratio ex loco  
ipsis supponi potest. vid. Khor. Tr. de Poenit. Eccl. C.7.

*no. 25. feqq.*  
Th. V.

Idem plane dicendum, si poenitentiam ecclesia-  
sticam agere jussus, se delinquentem aut de crimine  
convictum neget, ac proinde poenitentiam se tan-  
tum simulaturum esse, ait; Qualis casus Coburgi  
quondam contigit, ubi stuprator per incarcerationem  
ad deprecationem faciendam compulsus, se qui-  
dem ad illam accingebat, attamen in conscientia ab  
objecto crimine tutum jactitabat, & pro peccato reputa-  
bat, in facie Dei totiusq; ecclesiae mendacium commit-  
tere & sacra synaxi perfrui. Cum vero de commisso stu-  
pro ex actis abunde constaret, hunc in modum respon-  
sum fuit ab amplissima Facultate Jenensi, mens. Oct. Ao.  
1688. Alldieweil zur Kirchen-Buße / welche keine Heu-  
cheley / sondern eine wahre rechtschaffene Buße seyn  
muß / so wohl Erkenntniß und Bekantniß der Sünden /  
als auch herzlich Reue und Leyd über dieselbe erfo-  
dert wird / deren keines aber bey N. sondern vielmehr  
eine leichtfertige Halsstarrigkeit / zubefinden / daß er /  
wie er vorgibt / eine Lügen sagen / und im Herzen sich  
vor unschuldig halten will / da er doch durch die Acten  
ordentlich überführet ist : So mag ihm die Kirchen-  
Buße dergestalt zuthun nicht gestattet werden; sondern  
er ist vielmehr seines beharlichen Truges und Ungehör-



fams haben / auf vier Jahr des Landes zuverweisen.  
 B. N. W.

Th. VI.

Effectus denique deprecationis ecclesiasticæ, quatenus illa hodie in nostris ecclesiis obtinet, in eò conspicitur, quod poenitens plenariè restituatur, ita ut ad ea, à quibus hæctenus fuerat exclusus, iterum admittatur; nimirum ad usum sacræ cœnæ & munus patrinatus. Conf. Concil. Parisiens. *lib. 1. c. 34.* De reliquo vero & in civilibus non nocet deprecatio ecclesiastica, neque poenitentiarius repellitur à dignitatibus ecclesiæ; *c. 17. X. de homicid.* atque si famæ restitutus fuerit delinquens, pro non delinquente habetur quoad omnes juris effectus. DD. *ad L. 1. C. de sent. pass. add. c. 7. & 8. caus. 32. qv. 1.*

Th. VII.

Quemadmodum itaque in negotiis secularibus non ipsa poena, sed causa poenæ, sc. delictum famosum aliquem reddit infamem, *l. 16. C. ex quib. caus. inf.* ita ut nec per poenitentiam purgetur perjurium, indeque veniens infamia, *Fabric. ad Mysicent. 3. obs. 58. conf. c. 2. §. poenoi. caus. 3. qu. 73.* Ultra deprecatio ecclesiastica per se non infamat, sed tantum per accidens, ob famosum scil. crimen. *vid. Ord. Eccl. Vinar. c. 21.*

CAP.




CAPUT VII.

De

Cognatis & Contrariis deprecationis ecclesiasticae.

Th. I.

 Ognata seu Affinia deprecationis ecclesiasticae sunt non solum reliquae censurae ecclesiasticae, videlicet interdictio, suspensio & excommunicatio c. 20. X. de V. S. Sed etiam opera satisfactoria & humilitatis à Canonistis excogitata, quatenus vel sponte suscipiuntur, vel à sacerdote imponuntur ad Deum placandum. Vjd. Belarmi in lib. 4. de poenit. c. 6. quorum, iuxta illorum mentem, tria recensentur, Oratio, Jejunium, & Eleemosyna & quae sub iis comprehenduntur. Licet autem haec à Nostratibus haud improbentur, pro operibus tamen meritoriis non habentur. vid. Ziegler. ad Lancell. lib. 2. t. 4. § 3.

Th. II.

Inter poenas canonicas primarium locum obtinet degradatio, Clar. Lib. 5. sent. qu. 74. quam distinguunt in verbalem & realem, Gail. lib. 1. de pac. public. n. 23. Ad degradationem verbalem referunt etiam Depositionem, quae quomodo differat à degradatione proprie dicta, vid. Reinking. de R. S. & E. lib. 3. cl. 2. c. 2. n. 13. Remissior poena est *Suspensio*, quae quidem sua natura censuram



furam conficitur, nonnunquam tamen pœna loco adhibetur, quoties sc. delictum graviorem quam carceris aut pecuniariam pœnam promeretur. *cap. 10. X. d. purg. can. cap. 9 d. vit. & honest. cler.* Vid. casum notabilem apud Struv. *Diff. crim. 14. th. 8.* Brunnem. *Jur. eccl. L. 2. c. 19.* Reliquæ sunt *Translatio* in aliam ecclesiam. *Carpz. lib. def. 118. & 124. Castigatio corporalis. cap. 2. extrav. d. adult. cap. 1. X. d. calumn. Detrusio in arctum monasterium. d. cap. 2. X. d. adult. & cap. 6. X. c. 9. d. pœn. Incarceratio. cap. 35. X. d. sent. excom. Cibatio. in pane & aqua. cap. 8. Extrav. d. accus. Multa & indelictio & si quæ sunt aliæ: quarum tamen quaedam clericis cum laicis sunt communes, quaedam vero clericorum propria.*

## Th. III.

Quod attinet *contraria* deprecationis ecclesiasticæ, de *prescriptione* hic quaritur, an, sicuti à pœna civili etiam extraordinaria, quis liberetur per prescriptionem, v. gr. quinquenni in stupro, *Carpz. 2. qv. cr. 59. n. 7.* ita etiam pœna ecclesiastica prescriptioni subjaceat? Quod negatur cum Brunnemanno *c. 1. dec. 82.* quia pœnitentia ista juribus prescriptionum non confringitur. *Decian. lib. 3. tr. crim. c. 37. n. 19.* nec sublatâ pœnâ civili, statim tollitur scandalum ecclesiæ datum. *conf. Struv. diff. crim. 16. th. 19.* Juxta quæ principia quoque inlytum ICC. Jenensium collegium anno 1692. mens. Decemb. nach Wolmerstedt ita respondit: dass zwar wieder die Inquiliten / (qui scil. adulterii crimen sponte confessi fuerant) gestalt ten Sachen nach / nichts weiter vorzunehmen / sie seind aber



aber doch die Unkosten / jedwedem zu seinem Theil / zutra-  
gen verbunden / und wider den daher ausgebroche-  
nen Aergerulisses halber / zur *Censur* dem *Yrsül Con-*  
*ssorio* billig *denuocret*. Annotante Perillust. Dn.B. d.  
Lyncker. *cent. 6. dec. 579.*

Th. IV.

Ad contraria potius referimus *indulgentiam*.  
In veteri nimirum ecclesia quando aliquid ex impo-  
sitis satisfactionibus remittebatur, dicebatur id in-  
dulgentia; quæ significat quandam relaxationem  
pœnæ, cum minus severe, quam posset, cum delin-  
quente agitur. Ungeb. *ad decretal. tit. de pœnit. & remiss.*  
*n. 8.* quæ tamen toto cælo à papalibus indulgentiis  
differt. Augustin. *libr. de ver. & fals. pœnit. c. 10.*

Th. V.

Eò autem perventum est apud pontificios, ut  
peccata certâ multâ seu pœnâ pecuniariâ astimarent,  
unde orta est *Taxa pœnitentiaria*. vid. Knorr. *d. tr. c. 80.*  
*n. 51.* Unde hic subnectere lubet quæstionem: *An*  
*deprecatio ecclesiastica in pœnam pecuniariam ad pias can-*  
*sas converti possit?* Quod negatur. Esset enim illud  
contra deprecationis scopum, qui in eo consistit, ut  
delictum publicum ad placandam ecclesiam depreca-  
tione agnoscat; scandalum obliteretur, & a simili  
facto alii deterreantur. vid. Martin. Chemnit. *Exam.*  
*Concil. Trident. de satisfact. c. 15. pag. 225.* at multâ da-  
tâ & omisâ deprecatione non satisfacit ecclesia, neque  
scandalum aboletur. vid. Nic. Rebhan. *Tr. Von ôf-*  
*fentl. Kirchen-Buß c. 11. pag. 145. seqq.* Dissentit qui-  
dem Carpzovius *in def. 86.* cum is deprecationem  
pro



pro pœna haberi putet, quo & respectu fas esse existimat, ex causâ probabili pœnas delictorum ordinarias remittere, & multam extraordinariam mitiorem in ejus locum substituere. Verum minus recte: ipse enim jam antea confessus fuerat, quod deprecatio ex Dei præcepto pro actione & virtute potius, quam pro pœnatione & pœna habeatur, *def. 85.* Imò aliud est multa, aliud deprecatio: hæc reconciliat mentes, illa vindicat crimen, & ita divites à deprecatione publica se semper liberare possent, imò nutriretur opinio, quasi deprecatio famam læderet, & esset hoc signum profopoliptias, inquit Brunnem. *in J. E. L. 2. c. 6. m. 4. §. 11.* Cum igitur hæc sint separata, ac separatim habeant finem, non potest in deprecationis locum pœna pecuniaria substitui, sed æquum potius est, ut delinqueas, qui scandalum toti ecclesiæ præbuit, & notoriis peccatis se polluit, scandalum hoc deprecetur. Quam sententiam quoque maxima cum laude sœvent Reformati in Ordinatione sua eccl. à Serenissimo nostro Principe confirmata, quando monent *in Cap. V. §. 22.* *Si le Pecheur, qui ayant commis quelque crime, en a été puny par sentence du Magistrat, jusq' à note d' infamie, doit être censuré par l'eglise jusq' à faire reconnoissance publique de sa faute, il a esté avisé qu' il la doit faire, attendu que ce sont choses distinctes, que la jurisdiction civile du Magistrat, & la connoissance ecclesiastique du Consistoire, cette cy se reportant à la conscience, & à l'interieur de l'ame; & celle là au corps, & aux choses exterieures seulement.* Et rursus *in §. 22.* expressè deprecatio à persona



¶ (33) ¶

sona scandalizante requiritur, hisce verbis: *Les reconnoissances publiques ne se feront q' en la personne, & le pencheur rendra temoignage de sa repentance.* Subjungam quoque sententiam B. Luth. quam habet in *collog. mens. cap. 21. fol. 178.* Weil es eine öffentliche That/ so muß die Veröhnung auch öffentlich seyn/sonst taug es nichts / denn es ist die ganze Kirche beleidiget. Et iterum: Wenn die Schuld offenbar ist/ soll die Veröhnung auch offenbar seyn.

Th. VI.

Quapropter non videmus rationem cur hæc deprecatio in favorem matrimonii remitti debeat, ut Carpz. putat *def. 88.* & cur non illis, qui ante matrimonium concumbunt cum sponsa, deprecatio publica imponi possit? Nam honor matrimonii non læditur per deprecationem, atque semper confundi videtur pœna cum reconciliatione, quæ fit per deprecationem. Brunn. *de I. E. l. i. c. 6. m. 4. §. 11.* Nec est quod nobis quisquam objiciat, matrimonium purgare omnia vitia præcedentia, C. *Tanta. 6. X. qui fil. sint legit.* & hinc nec poenitentiam mereri, quæ ante copulam sacerdotalem cum sponsa fuere commissa. Illa enim purgatio vitiorum præcedentium, tantum de effectibus civilibus intelligenda, ut scil. liberis ita natis defectus legitimorum natalium opponi nequeat, non verò de remotione scandali. vid. D. Stryck. *ad Brunnem. I. E. l. 2. c. 19. §. 26.* Eo quoque respiciendum est, ut omnia ordine & decenter fiant in ecclesia, & ne contra ordinationes ecclesiarum atque Consistorium Peccetur, ac matrimonium cum vagis libidinibus

E con-





§ (35) §  
confundatur. Quamquam non negamus, deprecationem hoc in casu cum moderatione aliqua injungendam esse, ut discrimen graduum inter hoc peccatum & alia graviora contra sextum præceptum commissa attendatur. conf. Richt. P. 2. dec. 88. n. 29. Nisi aliud exigat vita anteacta. Hop. in Exam. Inst. 4. de Nupt. qv. 36.

Th. VII.

Et licet superior pro arbitrio suo mulctam pecuniariam in locum deprecationis substituere, eamque pecuniam ad reparationem ecclesiarum impendere velit, putans: rationem habendam esse pro causa & ædificiorum ecclesiasticorum, ne illa corrumpant; vanam tamen hanc esse rationem atque persuasionem, cuius facile liquet, qui accuratori iudicio lance perpendit, quod ea ædificia, quæ scandalo publico ac peccaminosa pecunia conservantur, Deo accepta esse nequeant, sed alia media, quibus nominis suo sanctissimo domum instaureturæ conservetur, superere. Quod si verò ecclesiæ id indicetur, & scandali commissi facta reconciliatio innotescat, conversionem istam deprecationis in mulctam minus improbandam esse, ducimus. Substituta namque in locum publicæ deprecationis mulcta pecuniaria, si justa mitigationis causa existat, & mulcta hæc omnibus innotescat, per ejus indictionem removeri ac expiari scandalum, quis dubitet? inquit Carpz. def. 86. n. 14. Atque hæc si observentur, & non tam frigide omnia gerantur, eveniet profecto, ut non tot homines in consortium malitiæ trahantur.

Th.



Th. VIII.

Tandem quaritur : An ista pecunia, loco deprecationis data, spectet ad Consistorium, an ad Judicem secularem ejusque ararium? Equidem Dn. Knorr. *d.l.n. 69.*, regulariter ad Judicem secularem eam spectare, asserit; cum pecunia sit res mere civilis, & judex secularis etiam in delictis mixti fori sumptus executionis erogare teneatur. Verum contraria sententia, quae etiam rescripto illustris Regiminis Saxo-Jenenis *ibid. n. 70.* confirmatur, probabilior videtur. Nec enim sequitur : pecunia est res mere civilis : E. non pertinet ad judicem ecclesiasticum. Nam sic nec ipsum ararium ecclesiae, *der Gottes-Kasten* / recipere posset pecuniam. Deinde non valet consequentia : Judex secularis tenetur erogare sumptus executionis in delictis mixti fori : E. pecunia pro censura ecclesiastica pertinet ad fructus jurisdictionis secularis. Quin potius poena pecuniaria, quatenus idem delictum est seculare, eo redigenda est. Ceterum cum deprecatio non sit poena, uti satis demonstratum est, sed reconciliatio cum ecclesia scandalo offensa, sequitur, quod ista pecunia, loco deprecationis data pertineat ad ararium istius ecclesiae, cui scandalum est datum, quia surrogatum sapit naturam ejus, cui surrogatum est. Sed haec in praesentiarum sufficiant.

F I N I S.







Q uod bene sis Themidos, n̄sus  
perdiscere jura,  
Id specimen monstrat, dulcis A-  
mice tuum,  
Laudè viis pergas dignis, ad culmen hono-  
rum  
Quæ mox Te ducant, nunc ego corde  
precor.

Jenæ ao. M.D.C.C.II.

d. 10. Oct.

*Pauca hæc in honorem Nobilissimi  
Domini Respondentis Amici ac  
Commensalis sui suavisissimi  
grato animo scripsit*

JOACHIMUS CHRISTOPHORUS TORNAU

*Gust. Megap. J. U. C.*



Er edle Pertschen-Stamm ist weit und  
breit bekant/  
Weil dessen Tugend-Schein vor andern  
prächtig strahlet:  
Weil auch Minerva ist so stark mit Ihm  
verwandt/  
Daß fast Apollo selbst die Ehren-Pforte mahlet.  
Diß zeiget uns der Zweig / der in die Luft sich  
schwingt/  
Da Er mit Weißheits-Pracht der Musen Saal bezieret:  
Da Vaters Geist und Herz mit grossen Helden ringt/  
Wo



Woburch Er denn erlangt die Ehr / die Ihm gebühret?  
Darob / Du Hergens-Freund / der Du die Weisheit  
liebft /

Nimm hin den groffen Ruhm den deine Ahnen hatten /  
Nimm hin des Vaters Ehr / weil Du der Welt iest  
giebft

Ein Licht durch deinen Fleiß / das weit wirfft seinen  
Schatten.

Ich meine deine Schrift / womit die Welt nun prangt /  
Verdienet grosses Lob / darob mein Herz sehr waltet.

Demnach Dein grosser Ruhm / und was Dein Herz  
verlangt /

Sol seyn was ewiglich die ganze Welt durchschallet.

*aus schuldigster Pflicht und Freundschaft  
wolte eiligst mir diesen geringen Zeilen/  
als ein ergebenster Diener Seinem  
hochzuhebrendem Herrn Vetter zu dem  
rühmlichst abgelegtem Specimine gra-  
tuliren*

**Johann Christoph Leopold.**

Theol. Stud.

**W**erthes Vaterland! suchstu  
nun solche Quellen/  
Woraus die Weisheit sich im vol-  
lem Strohm ergeußt?

Nimm unsern Pertschen hin / so wird durch  
Ihn erhellen /

Wie





Wie Jugend / Weisheit / Treu aus Mund  
und Leben fließt;  
Dein Gott hat ihn erfüllt mit seiner Gee-  
gens: Hand  
Und dir zu deinem Wohl mit Weisheit zu  
bereitet/  
Nun führt er ihn von uns mit frohen Wunsch  
begleitet.  
Zu dir / drum freue dich / O werthes  
Vaterland.

Mit diesen wolte seinem hochgeneigtem  
Patron/uebst Abstattung schuldig-  
ster gratulation zu dem rühmlichst  
abgelegten specimine, eine erfreu-  
liche Rückkunft ins Vaterland an-  
erwünschen.

Paulus Paucker S.S. Theol. Stud.

**O** Mne, quod est trinum, perfectum nomi-  
nat omnis:

Effato verax huic sua fama manet.  
Quos etenim mundus perfectos dicere soevit,  
Sunt homines, cura quæis ea triga fuit.  
Virtus, cui soror est studium, atque scientia  
rerum:

Hac



Hæc tria constantes quosvis ad astra ve-  
hant.

PERTSCHIIUS hæc noster, quem VIRTUS al-  
ma decorat,

Hicce suis curis monstrat ubique satis.

Huic studium comes est, tandemque pedisse qua  
fama,

Ipsum qua cunctis non sinit esse rudem.


Hæc fuerunt, quæ Patrono suo multis  
modis devenerando ad exhibiti  
speciminis opus gratulaturus ut ad-  
jiceret svasit jusfitque observantia,  
qua insignibus nominibus devin-  
ctum se deprehendit.

Christianus Fridericus Schreiber

LL. Stud.







D  
 SE  
 DN  
 DV  
 CH  
 CV  
 J  
 Dn.  
 JO





Jena, Diss., 1702


VD -18



f

sb.







DISSERTATION  
DE EO QU

DEPRECATIONE  
PUBLICA  
SIAS

Gonder

RECTORE M  
SERENISSIMO P  
AC D

ON. GVILIELMUS  
DVCE SAXONIE, JVI  
GARLE, W  
DVCATVS IS  
P

CHRISTIANO

SERENISS. DUC  
CONSILIARIO  
CURIE PROVINCIALIS  
FACULTATIS  
JURIS PUBLICI, ET FI  
AC NOVELLARUM  
Dn. Patrono suo omni hon  
PVBLICÆ ERVDITORV  
AUTOR E

JOHANNES JACOBUS  
WONS  
d. XIV. Octobris  
Litteris



Farbkarte #13

B.I.G.

Handwritten notes on the right side of the page, including "M 25", "102,22<sup>a</sup>", and "to".

